

A D A G I A

OPTIMORVM  
VTRIVSQUE LIN-  
GVÆ SCRIPTORVM OMNIA,  
QVÆCVNQUE AD HANC VSQVE  
diem exierunt.

PAVLI MANVTII STUDIO ATQVE  
*industria, Doctissimorum Theologorum consilio atque ope, ab  
omnibus mendis vindicata, que pium, & veritatis  
Catholica studiosum Lectorem poterant  
offendere.*

Cum plurimis ac locupletissimis Indicibus.

*Es del Colegio  
trilingue C. 1756*

*Es del imp.  
de la Univ. de*



URSELLIS,

Ex Officina Cornelii Sutorii, impensis  
Lazari Zetzneri, Bibliop.

*MDCCIII.*



ADAGIA

QVÆCVNQVE AD HANC DIEM EXIERVNT, ACCVRATE NVPER EMENDATA.

QVID SIT PAROEMIA.



PAROEMIA, definitore Donato, est accommodatū rebus temporibusq; proverbium. Diomedes autem finit

hunc ad modum: Paroemia est proverbii vulgaris usurpatio, rebus temporibusque accommodata, cum aliud significatur quam dicitur. Apud Græcos scriptores variaz feruntur nitiones: A nonnullis describitur hoc pacto, περιουσία ἐστὶ λόγος ὡφελιμὸς ἐν τῷ βίῳ, ἐπικρύψου μετῴσι πολλὸ τὸ χρησιμὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ. id est, Proverbium est sermo ad vitæ ratione conducibilis, moderata quadam obscuritate multam in sese continens utilitatem. Ab aliis hoc finitur modo. Παραοίεια ἐστὶ λόγος ἐπιηλυπῶν τὸ σπουδῆς ἀσπαθείας. id est; Proverbium est sermo rem manifestam obscuritate tegens. Neque clam est, complures alias, & apud Latinos & apud Græcos paroemiaz finitiones extate: vetum eas omnes hic referre non arbitatus sum operæ pretium fore: cuni, quod in hoc opere præcipue propositum sit, brevitatem illam,

quam à docente requirit Horatius; ubique, quoad licebit, sequi: tum, quod eandem fere cantilenam canunt, eodemque recidunt. maxime quod inter tam multas nulla reperitur, quæ vim naturamque proverbii sic complectatur, vt non aliquid vel redundet, vel diminutum sit. Siquidem Donatus, ac Diomedes (vt interim alia non excutiamus) in omni paroemia requirere videntur inuolucrum aliquod; vt qui eam allegorizæ speciem fecerint. Deinde γνωμικόν, id est, sententiale quiddam, expectant, cum addunt, Rebus, temporibusque accommodatum. Græcorum item quotquot sunt finitiones, aut sententiam ad vitam instituendam conducibilem, aut metaphozæ rectorium admittent: quædam vtrunque cum altero coniungunt. Atqui per multa reperies apud ἀκρίτους (id est neutiquam violandæ auctoritatis) scriptores; proverbii nomine citata, quæ nulla metaphora teguntur. Rursum non pauca, quæ nihil omnino pertineant ad institutionem vitæ, & à sententiæ ratione prorsus ἐκ διαρέτης; quod aiunt, dissideant. Exempla pro iuuitis duo suffecerint.